Ad cenam agni providi et stolis albis candidi post transitum maris rubri xpo canamus principi. Cuius corpus sanctissimum in ara crucis torridum cruore eius roseo gustando vivimus deo. Protecti pasche vespere a devastante angelo erepti de durissimo pharaonis imperio. Iam pascha nostrum xpc est qui immolatus agnus est sinceritatis azima caro eius oblata est. O vere digna hostia per quam fracta sunt tartara redempta plebs captivata reddita vite premia. Cum surgit xpc tumulo victor redit de baratro tyrannum trudens vinculo et reserans paradysum. Quesumus auctor omnium in hoc paschali gaudio ab omni mortis impetu tuum defende populum. Gloria tibi domine qui surrexisti a mortuis cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

cum patre
et sancto

Isti duo versus saltem Quesumus auctor et Gloria tibi domine qui surrexisti dicantur in fine omnium ymnorum eiusdem metri usque ad primas vesperas ascensionis nisi in ymnis Que terra et O gloriosa. Quando annunciatio post pascha celebratur et in ymnis beati Petri martiris et corone domini qui predicti omnis dicantur secundum quod in locis suis signatum est.

Ad completorium ymnus.

Ihesu nostra redemptio amor et desiderium deus creator omnium ho

Quando ymnus terminatur in re cantetur Amen sic. Amen.

Quando ymnus terminatur in mi cantetur Amen sic. Amen.

Quando ymnus terminatur in sol vel in ut cantetur Amen sic. Amen.

mo in fine temporum. Que te vicit clementia ut ferres nostra crimina crudelem mortem paciens ut nos a morte tolleres. Inferni claustra penetrans tuos captivos redimens victor triumpho nobili ad dextram patris residens. Ipsa te cogat pietas ut mala nostra superes parcendo et voti compotes nos tuo vultu saties. Gloria tibi domine.

parcendo et voti

Ad mat. ymnus.

Aurora lucis rutilat celum laudibus intonat mundus exultans iubilat gemens infernus ululat. Cum rex ille fortissimus mortis confractis viribus pede conculcans tartara solvit a pena miseros. Ille qui clausus lapide custoditur sub milite triumphans pompa nobili victor surgit de funere. Solutis iam gemitibus et inferni doloribus quia surrexit dominus resplendens clamat angelus. Tristes erant apostoli de nece sui domini quem pena mortis crudeli servi dampnaverant impii. O's actor omnium. Gloria tibi domine. In laud. ymnus.

Sermone blando angelus predixit mulieribus in galylea dominus videndus est quantocius. Ille dum pergunt concite apostolis hoc dicere videntes eum vivere osculantur pedes domini. Quo agnito discipuli in galyleam

osculantur pedes

propere pergunt videre faciem
desideratam domini. Claro pascha
li gaudio sol mundo nitet radio
cum xpm iam apli visu cer
nunt corporeo. Ostensa sibi
vulnera in xpi carne fulgida
resurrexisse dnm voce fatentur
publica. Rex xpe clementissi
me tu corda nostra posside ut
tibi laudes debitas reddamus
omni tempore. Qs auctor om.
Gla t dne. Cantus finalis.

Iam lucis orto sydere deum p
cemur supplices ut in di
urnis actibus nos servet a noce
tibus. In ascensione dni ad
vesperas et ad matutinum ymnus.

Eterne rex al tis
sime redemptor et fidelium

quo mors soluta deperit da
tur triumphus gra tie.
Scandens tribunal dextere
patris potestas omnium collata
est ihesu celitus que non erat
humanitus. Ut trina re
rum machina celestium ter
restrium et infernorum condita
flectant genu iam subdita.
Tremunt videntes angeli
versa vice mortalium culpat
caro purgat caro regnat deus
dei caro. Tu esto nostrum gau
dium qui es futurus premium
sit nostra in te gloria per cuncta sem
per secula. Gloria tibi dne
qui scandis supra sydera cum
pre. Isti duo versus sunt. Tu
esto. et Gla t dne q scandis.
dicantur in fine omnium ymnorum
eiusdem metri usque ad primas vesperas
pentecostes nisi in ymnis coro
ne qui dicantur secundum
quod in suo loco signatum est.
In laudibus ymnus.

[margin:] collata / est ihu
[margin:] cum pre / et sco

Tu Christe sit nostrum gaudium manens olimpo predi-tum mundi regis qui fabricam mundana vinces gaudia. Hinc te precantes quesumus ignosce culpis omnibus et corda sursum subleva ad te superna gratia. Et cum rubente ceperis clarere nube iudicis penas repellas debitas reddas coronas perditas. Tu esto nostrum Gloria tibi domine. In penthecoste ad vesperas ymnus.

Beata nobis gaudia anni reduxit orbita cum spiritus paraclytus effulsit in discipulos. Ignis vibrante lumine lingue figuram detulit verbis ut essent proflui et caritate fervidi. Linguis loquuntur omnium turbe pavent gentilium musto madere deputant quos spiritus repleverat. Patrata sunt hec mystice pasche peracto tempore sacro dierum numero quo lege fit remissio. Te nunc deus pyssime vultu precamur cernuo illapsa nobis celitus largire dona spiritus. Dudum sacrata pectora tua replesti gratia dimitte nunc peccamina et da quieta tempora. Sit laus patri cum filio sancto simul paraclyto nobisque mittat filius carisma sancti spiritus. Amen. Isti duo versus solum Dudum sacrata. et Sit laus. dicantur in fine ymnorum per totam ebdomadam nisi in ymno Veni creator. in quo tantum dicitur Sit laus.

Ad matutinas ymnus.

Iam xpc astra ascen derat
regressus unde ue nerat p
missu patris mu nere scm
daturus spiritum. Sol
lemptus urgebat dies quo
mystico septemplici orbis uo
lutus septies signat beata tē
pora. Dum hora cunctis
tercia repente mūdus into
nat orantibz aplis deum ue
nisse nūciat. De patris
ergo lumine decorus ignis
missus est qui fida xpi pec
tora calore uerbi cōpleuit.
Dudum sacrata. ut k.

In lau dibz. ymn.

Impleta gaudent uisc
era afflata sancto spiritu
uoces diuersas in tonant
fantur dei magnalia. Ex
omni gente cogniti grecis la
tinis barbaris cunctis q̄ āmi
rantibz linguis loquuntur oī
um. Iudea tunc incredula
uesana toruo spu ruitare
musti crapulam alumpnos
xpi concrepat. Sed signis
et uirtutibz occurrit et docet
petrus falsa psitari pfidos io
helis testimonio. Dudum.
Sit laus. Pro totā ebdōam ad
tercia. ymn.

Ueni creator spiri
tus mentes tuorum uisita im
ple superna gratia que tu
creasti pectora. Qui pa

infunde
amore

raclytus diceris donū dei al
tissimi fons uiuus ignis ca
ritas et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere dex
tere dei tu digitus tu rite pro
misso patris sermone ditās
guttura. Accende lumen
sensibz infunde amorē cordi
bus infirma nri corporis uir
tute firmans perpeti. Hostē
repellas longius pacemqz do
nes protinus ductore sic te p̄
uio uitemus omne noxiū.
Per te sciamus da patrem
noscamus atqz filiū te utri
usqz spm credamus omī tēpore.
Sit laus. In festo trinitatis ad uesperas et ad matutinum ymnus.

Adesto scā trinitas
par splendor una
deitas que extas rerum
omnium sine fine
principium. Te te celorū
milicia laudat adorat p̄di
cat triplexqz mūdi machina
benedicit per secula. Assumus
et nos cernui te adorantes fa
muli uota p̄ces qz supplicum
ymnis iunge celestium. Unum
tum te lumen credimus quod
et ter idem colimus alpha et
ω. quē dicimus te laudat
omnis sp̄c. Laus patri sit
ingenito laus eius unigeni
to laus sit sc̄o spiritui trino deo
et simplici Amen. In laud. ymnus

O trinitas laudabi
lis et unitas mirabilis
in simplici substancia
uirtus manens interminata.
Tu caritas tu puritas tu

pax et immortalitas patris nati paraclyti decore pollens perpeti. Fides corona supplicantium in te pie fidentium exterge sordes mentium sorti misertus pauperum. Laus patri sit in.

In festo dedicationis ecclesie et in anniversario eiusdem ad vesperas et ad matutinas. R.

Urbs beata iherusalem dicta pacis visio que construitur in celis vivis ex lapidibus et angelis coornata ut sponsata comite. Nova veniens e celo nuptiali thalamo preparata ut sponsata copulata domino platee et muri eius ex auro purissimo. Porte nitent margaritis aditis patentibus et virtute meritorum illuc introducitur omnis qui pro Christi nomine hic in mundo premitur. Tunsionibus pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis per manus artificis disponuntur permansuri sacris edificiis. Gloria et honor deo usque quo altissimo una patri filioque inclito paraclito cui laus est et potestas per eterna secula. Amen.

In laudibus. R.

Angulare fundamentum lapis Christus missus est qui compage parietum in utroque nectitur quem Syon sancta suscepit in quo credens permanet. Omnis illa deo grata et dilecta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

civitas plena modulis in
laude et canoro iubilo
trinum deum unicumque
cum favore predicat. Hoc in
templo summe deus exoratus
adveni et clementi bonita
te precum vota suscipe largam
benedictionem hic infunde iu
giter. Hic promereantur
omnes petita accipere et ad
epta possidere cum sanctis per
henniter paradysum introire
translati in requiem. Gloria et
honor. Sabbatis ad vesperas ymnus

O lux beata trini
tas et principalis unitas
iam sol recedit igneus in
funde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine
te deprecemur vespere te nostra
supplex gloria per cuncta laudet
secula. Deo patri sit gloria
eiusque soli filio cum spiritu pa
raclyto et nunc et in perpetuum.
Amen. Ad completorium ymnus

Te lucis ante termi
num rerum creator poscimus
ut solita clementia sis pre
sul ac custodia. Procul
recedant sompnia et noctium
fantasmata hostemque nostrum
comprime ne polluantur cor
pora. Presta pater omnipotens
per ihesum christum dominum qui tecum
in perpetuum regnat cum
sancto spiritu amen. Ad matutinas ymnus

Nocte surgentes vigi
lemus omnes semper in psal

nus meditemur atque uiri
bus totis domino canamus
dulciter ymnos. Ut pio
regi pariter canentes cum
suis sanctis mereamur aulam in
gredi celi simul et beatam du
cere uitam. Prestet hoc no
bis deitas beata patris ac
nati pariterque sancti spiritus cu
ius reboat in omni gloria
mundo. Amen. In laudibus ymnus.

Ecce iam noctis tenua
tur umbra lucis aurora ru
tilans choruscat nisibus totis
rogitemus omnes cunctipotentem

Ut deus noster miseratus
omnem pellat languo
rem tribuat salutem donet
et nobis pietate patris reg
na polorum. Prestet hoc no
Ad primam ymnus.

Iam lucis orto sydere
deum precemur suppli
ces ut in diurnis actibus
nos seruet a nocentibus.
Linguam refrenans tem
peret ne litis horror insonet
uisum fouendo contegat ne
uanitates hauriat. Sint
pura cordis intima absis
tat et uecordia. carnis te
rat superbiam. potus cibique
parcitas. Ut cum dies ab
scesserit noctemque sors re
duxerit mundi per abstinen
tiam ipsi canamus gloriam.
Deo patri sit. Ad iii. ymnus.

Nunc sancte nobis spiritus unum patri cum filio dignare promptus ingeri nostro refusus pectori. Os lingua mens sensus vigor confessionem personent flammescat igne caritas accendat ardor proximos. Presta pater piissime patrique compar unice cum spiritu paraclito regnans per omne seculum. Amen. Ad sextam hymnus

Rector potens verax deus qui temperas rerum vices splendore mane instruis et ignibus meridiem. Extingue flammas litium aufer calorem noxium confer salutem corporum veramque pacem cordium. Presta pater pi. Ad ix. hymnus

Rerum deus tenax vigor immotus in te permanes lucis diurne tempora successibus determinans. Largire clarum vespere quo vita nusquam decidat sed premium mortis sacre perhennis instet gloria. Presta pater pi. Ad vesperas hymnus

Lucis creator optime lucem dierum proferens

primordus lucis noue mudi parans originem. Qui mane iunctu uespidem uocari precipis terrum chaos illabitur audi preces cu fletibus. Ne meus grauata crimine uite sit exul munere du nil perhemne cogitat seseq culpis illigat. Celorum pulset intimum uitale tollat premium uitemus omne noxium purgemus omne pessimum. Presta pater pyissime. Ad mat. et ad laudes cant. ferialis.

Nocte surgentes uigilemus omnes semper in psalmis meditemur atque uiribus totis domino canamus dulciter ymnos.

Cantus ferialis ad horas.

Iam lucis orto sydere deum precemur supplices ut in diurnis actibus nos seruet a nocentibus. Cantus ferialis ad uesperas et ad conpletorium.

Lucis creator optime lucem dierum proferens primordiis lucis noue mundi parans originem. In anni creatore dnica ad uespas ym.